Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40517
Copyright: Melk, Benediktinerstift



concidens / ut quorum nullus est modus / fortune im
pedimenta vetuerit / aliquando forte sub oculos
tuos veniens / in horum te atque aliorum que multa
nunc visurus es locorum memoriam revocabit
Sed multum vie nobis restat progrediamur
ad reliqua Non procul hinc contra extremos
Ianuenses fines / Corvum famosum scopulum
et nomine a colore sortitum ac paululum pro
vectus Macre amnis hostia / qui maritimos
ligures ab etruscis dirimit / supraque litus maris
sinistramque ripam fluvii ruinas lune iacentis
aspicies / si fame fides est Aliud enim hac in
parte nichil habeo magnum exemplum finiede
libidinis / que sibi non modo singularium hominum
sed magnarum urbium et locupletium populorum ac
regum status fortunasque pessundedit /
licet huius rei exemplum maius et anquius
Troia sit Hinc iam sensim cedentibus montibus
aliquamdiu planum et absque scopulis lene
litus / portus rari / castella procul in collibus
plaga maris inhospita Sarzanum paulo
summotum a litore / novum frequensque opidum
Inde lavencia vicus ignobilis. Fluvius de
inde re et nomine frigidus. a quis harenisque
perlucidus / secus Massam amenissimam terram
descendit in pelagus // Prope opidum est petra
scam dicunt / cuius auctor ut audio concivis
quidam tuus fuit / illius tunc provincie preses

Corvus mons
Macra fluvius
luna civitas
Sarzanum
lavencia
frigidus fluvius
Massa
petrascam